qui Christi convenientem vel sentit vel dicit,: is quidem
dignum se manifeste ostendit, qui verum Deum co-
gnoscat. At tu, [Lector Benevole] attende et ~~[illegible]~~ alterum, quod
sequitur. Diliges proximum tuum, tanquam teipsum.
Quid jam possit esse ~~hoc praecepto~~ utilius, aut melius, aut
omnino ad vitae ~~human~~ societatem humanae continendam ~~aptius~~;
communionemque ac tranquillitatem naturae perficiendam
aptius, quam proximum diligere ita, uti seipsum; eumque
putare ejusdem manus esse opificium, eadem natura prae-
ditum, eadem nascendi ratione in lucem progressum, eadem
quam via de vita emigraturum, eundem judicem ~~vit~~ vi-
taeque actae rationum exactorem spectare, horumque omnium
causa nihil velle peccare in proximum, quod nemo
unquam admittere in se deprehendi ~~tur~~ potest, sed potius
optima ~~quaeque~~ et prosperrima quaeque precari alteri, atque
~~[illegible]~~, ubicunque vivis, procurare? Haec enim
amoris ratio. Num non adeo ~~[illegible]~~ evidentius summa, maximeque
opportuna omnium, quae inter homines coli solent offi-
cia, ~~videntur~~? addam autem, et quae maxime divina
sunt, atque Divini Numinis amorem pertinent, hoc
praecepto firmari? Neque his contentus est Salvator:
ut omnem impiorum praetextum praescindat, ut neque
illi ~~praetexere~~ confugere ad ullum malitiae colorem possint (Velut si
illa ex aliis haec duo praecepta tam honorifico divini oris
suffragio digna forent, reliquorum non magnopere esset
cura habenda.) Ut omnem ergo his obstruat pravita-
tis artificium, vide, quomodo addat: In hisce duobus
praeceptis Lex universa, atque Prophetae comprehenduntur.
Ut tantum non dicat: Quam ob causam illa verum mean
justamque laudem consecuta sunt, atque in se